

GANDINO, Giovanni,
Alveario Cronologico, pp. 471-494.
(ms di proprietà di Pietro Gandaglia, Quinzano d'Oglio - Bs).

GANDINO Giovanni (n. 02.11.1645 - † <28.05.1720>) - medico (l'autore).

Ediz.: inedito.

(revis.: tc, 07.2010)

[p. 471]¹ Ioannis Gandini
Ex celebrimo et almo Paduę Colegio
Medici Horoscopus

Absit iactantię suspicio, si ea quę de Me nuper delibauī, denuo' non modo repetam uerum etiam diffusius ac syncerius describam. Nec quispiam miretu, cum non modo Antiquorum uerum etiam recentiorum Scriptorum exemplo, qui de alijs scribentes de se ipsis etiam scripsere'; Genadium enim Honorium, Sigisbertum, Tritemium inter antiquos, et Abbatem Hieronymu[m] Chilinum, et Donatum Caluum, nec non plures alios inter recentio[res] hoc fecisse uidi: Neminem plane' reperiri posse puto liberaliu[m] artium, uel seruilium Professorem, qui se ipsum, suaque gesta ac mores non existimet: ut futuri seculi memorijs nomen proprium consignari non curet; Eorum igitur exemplo || [p. 472] uel² Pictorum alioromque Artificum imitatione, qui in calce suorum operum sua nomina incidere consueuere; ita de me in fine huius libri scribendum opere pretium duxi.³

⁴ In opido itaque Quintiani, et Maiorum meorum prisca Domo huius lucis usura omnipotentis Dei Gracia, et Dono perfrui' cepi anno 1645 Die secunda mensis Nouembris hora 16 minuto 43 horologij Italici, et secundum Astrologos Die eiusdem Mensis prima Hora 21 minuto 48 post meridiem ⁵ a Ioanne Francisco Gandino, et Victoria Pizzonia Parentibus meis genituram sortitus, cum meę celestis Figure horoscopum Sagitarij gradus 10 minutos 27: et ueneris 10 minutis 32 ascenderent. et Libre gradibus 3: et Mercurij gradibus in medio Cęli existentibus 26: 30: et gratia Sacri fontis a Pręsbytero ⁶ Marco Vertua animarum curatore recepta Iulio Paduano in Patrinum uocato a Parentibus, lacte prius mox moribus et Gramaticę rudimentis altus sum deinde annos uix septem meę etatis nactus⁷ Patre orbatus a Pręsbytero Petro Antonio ex parte eiusdem consobrino, et a Matre superstibus usque ad Annum meę Etatis 17 cum ille sexagenarius Die 26 Februarij 1663: hec uero quinquagenaria Die 22 decembris eodem anno obierint educatus sum: eorum denique⁸ solertię optimis Pręceptoribus, qui me et Fratrem meum hic' et Brixię docerent comendandę semper recordaturus.

⁹ Aucto interim rationis usu Etatis meę 10 Sacrementum¹⁰ Chrismatis' me suscipiente Pręsbytero Iulio Caparino Famiglię consanguineo || [p. 473] et Xenodochij Maioris Curatore iam ministrauerat mihi¹¹ anno 1655 in Cathedrali Ede Eminentissimus Petrus titulo confirmatus Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalis Ottobonus Brixię Episcopus Patria Venetus, qui postea ob summas eiusdem uirtutes et toti Reipublicę Xpistianę summe' gesta cunctis uotis, et Christianorum Principum plausu' Summus Pontifex creatus fuit.

¹ Le pp. nel ms riportano una numerazione da 461 a ..., cancellata e sostituita da quella che qui si adotta.

² Segue «nom», cancellato.

³ Cancellata una «s» dopo la «x».

⁴ Nel margine sin.: «natiuitas».

⁵ Nel margine sin.: «Genitores».

⁶ Nel margine sin.: «Patrinus Sacri Fontis».

⁷ Scil. "natus".

⁸ «ni» corretto da altra forma.

⁹ Nel margine sin.: «Patrinus Crismatis».

¹⁰ Segue «Chi», cancellato.

¹¹ Corretto da «michi».

¹² Pręceptores pro Gramatica gradatim capesenda, et ut humanis literis ac Artis Rettoricę Preceptis erudirer ¹³ fuerunt Quintiani Presbiter Bartholus Calziauaca, Brixię Presbiter, Petrus Carminatus Animarum insignis colegiatę Ecclesię Sanctorum Nazarij et Celsi ¹⁴ Curator: Pater Antonius Bernardus *Nobilis* Grazij in Stiria et Pater Virgilius Galaminus *Nobilis* Faentinus ambo Societatis Iesu' Oratorię, et Poeticę Artis Profesores; amore interim Phylosophię¹⁵ captus in ¹⁶ *eam* trienio michi incombere placuit; itaque sub Disciplina Patris Seraphini Rottellę Heremitanę Congregationis *Sancti* Augustini in Cętu Diui Barnabę eiusdem et *Sacrę Theologię* Lectoris et Magistri tunc temporis supra quadraginta annos iam profitentis a cuius Scola tamquam ab Equo Troiano innumeri prodiere Viri omni genere uirtutum Clarissimi. Ab hinc anno 1665 Paduam¹⁷ ¹⁸ me contuli Theoricę Medicinę studendi gratia: idque¹⁹ ut potius genio amicorum quam proprio || [p. 474] indulgerem; donec²⁰ ab almo, et Sacro illo Colegio, fauente Deo, Philosophię et Medicinę Lauream consecutus sim, pro ut pręuijs licentijs²¹ ac iuxta morem, et Archigymnasij Statuta {pręuia}ⁱ recitatione, Die Sabbati²² 26 Martij Anni 1667 consequi mihi²³ feliciter contigit, Lauream conferente Georgio a Turre *Nobili* Patauino Promotore extraordinario,²⁴ Horti Pręfecto, et ²⁵ Medicinę Practicę²⁶ Professore, una cum Hieronymo Vergerio Iustinopolitano ad Theoricam extraordinariam, Lectoribus, et Antonio Molinetto Veneto Theoricę Ordinario, et Anatomię Ordinario Professore, et²⁷ Raymondo Ioanne Forti Veronensi practicę Medicinę Lectoribus, et Promotoribus Ordinarijs, cunctisque ob eximias eorum Virtutes, et morum elegantias, immortalis Memoria dignis. Felix fuit illa ętas, in qua' preter²⁸ illos alij, etiam preclarissimi floruerunt Viri, Qui publice, {et priuatim}ⁱ tum legendo, tum docendo, et interpretando Archigymnasium illustrarunt, quique cum in Colegio, extiterint, et Laureę meę uotis contulerint, eos, ideo honoris mei gratia hic²⁹ eorondem Lectorum Catalogum^{*30} typis de more {tunc temporis}ⁱ editum subnectere lubet, ne maiori tędio a me scriptor afficiatur: Quibus alij ibidem Philosophię et Medicine Doctores qui etiam publicam meam recitationem³¹ preter morem affluenter aduenere subiungendi essent; ³² A breuitatis³³ gratia reminisci sufficiat Mathej Becarij³⁴ || [p. 475] Prioris, Alexandri Vigontię, ęquitis Francisci Marię Vrsati, Nicolai de Frascatis in cuius Domi³⁵ Aula primam recitationem mihi³⁶ exponere decuit, idque animi grati argumento faciendo³⁷, cum prę alijs me semper, amore, more, ore, re amplexati³⁸ sint; nec ³⁹ itidem nomina, et cognomina meorum conuictorum reticenda sunt, Bernardini Fausti silicet, et Vincentij Mompiani, *Nobilis* Cęzaris Foresti, Petri Smits Holandi, et precipue

¹² Nel margine sin.: «Preceptores».

¹³ Nel margine sin.: «Gramaticę».

¹⁴ Nel margine sin.: «Humanarum Litterarum et Retoricę».

¹⁵ La seconda «p» corretta da «f».

¹⁶ Nel margine sin.: «Philosofię».

¹⁷ Corretto da «Paduę».

¹⁸ Nel margine sin.: «Laurea Filosofię et medicinę. donatus».

¹⁹ «d» corretta da «t».

²⁰ Segue «s», cancellata.

²¹ Segue «At», cancellato.

²² Segue «et», cancellato.

²³ Corretto da «michi».

²⁴ Segue «una cum N», cancellato.

²⁵ Nel margine sin.: «Promotores».

²⁶ La «c» corretta da altra lettera (oppure cancellata).

²⁷ Nell'interlinea «Io:», cancellato.

²⁸ *Scil.* "preter".

²⁹ Seguono due parole cancellate.

³⁰ Sottolineato nel ms. La parola è segnalata da un asterisco, che rimanda alla stampa legata nel volume alla p. seguente.

³¹ Corretto da «publice meę recitationi».

³² Nel margine sin.: «Prior almi Colegij».

³³ Corretto da «Ad breuitate».

³⁴ Cuciti tra le pp. 474 e 475 ci sono la stampa del programma dei corsi dell'università di Padova per l'anno accademico 1666-1667 <474/a> e la stampa del calendario delle lezioni dell'università di Padova per l'anno accademico 1665-1666 <474/b>.

³⁵ Corretto forse da «Domus».

³⁶ Corretto da «michi».

³⁷ Corretto da «faciendum».

³⁸ Cancellata una «s» dopo «x».

³⁹ Nel margine sin.: «Nomina nobilium Conuictorum».

nobilium Fratrum Domini Iacobi, et Domini Ioannis Baptistę de Chizolis, et Socij nostri Domini Ioannis Georgij⁴⁰ Volo cretensis a Pretimo, ut et Francisci Antonij Marosticę Seledensis Vicentini Philosophię et Medicine nuper Doctoris, ⁴¹ cui ob Collecta Poemata Laureę meę ab Accademię Patauine, Vatibus sponte lata et in plurimos codices amicis elargiendos luci edita cum titulo “Fiori Poetici Sparsi nell’apparire del Celeste Montone” etc. Domino Nicolao Frascato dicata, plurimum me debere fateor. Verum, exhilarantis Populi, et plebis Iocanentis Echo’, quibus⁴² conuictoribus nummorum muneribus largiter proiectis, tubarum fragor, et obstrepentium tympanorum murmura, nec non scloporum maiorum innumere displosiones nostram preter modum solemnitatem auxere eamdemque lauta mensa plerisque artium medicine, Legum, humanarum Litterarum et Sacre Theologie Brixiane et aliarum || [p. 476] ⁴³ Nationum Studiosis, exhibita Musicalium instrumentorum concentu’ accesso, hilariter coronauit. Qui uero splendorem presentia conuiuio addidere hij sunt Dominus Antonius Soncinus, qui postea utriusque⁴⁴ iuris Doctor Canonicus et Vicarius Generalis Brixie fuit. Dominus Hector Aduocatus Canonicus. Dominus Petrus Lana Iuris Vtriusque Doctor qui postea Comes: Dominus Ioannes Schilinus Iuris Vtriusque Doctor, Dominus Ioannes Baptista Maggus Phylosophię et Medicine Doctor: {Dominus Andrianus Pedroca nobilis Brixiensis}ⁱ Nobiles Brixie. {Dominus Paulus Zola LLegum Studiosus}ⁱ Dominus Ioannes Baptista Cauagninus de Lunato Philosophię et Medicine Doctor: Dominus Paulus Tebaldus LLegum Studiosus {Dominus Ioannes⁴⁵ Baptista Gerelus Phylosophię et medicine Studiosus.}ⁱ Dominus Antonius Bassanus Nobilis Patauinus Dominus Carolus Spoluerinus Nobilis Veronensis, et postea Comes, et Marchio: Dominus Alexander Vale Canonicus et Nobilis Vicentinus, {Dominus Remoualdus Venturelus Salodiensis presbyter LLegum Studiosus.}ⁱ Dominus Franciscus Antonius Marostica Philosophię et Medicine Doctor, et Dominus Ioannes Baptista Bregancius Canonicus e Schio una cum duobus suis Sociis Conuictoribus eiusdem⁴⁶ Opidi LLegum Studiosis Vicentini: Dominus Franciscus Abellinus⁴⁷ Humanarum Litterarum Studiosus Domini Micaelis Linguarum Professoris, et Domine Cęcilię Figlius Nazione Teutonicus, et Dominus Georgius Volo Cretensis Rettimi Nobilis, qui postea Legum Doctor Artis Retoricę et Poeticę ualde peritus, mihi⁴⁸ et Cunctis meis Dominis Conuictoribus supra modum charus, et ut Socius ac Conuictor a nobis summe’ dilectus || [p. 477] cuius Parens magisterio ac⁴⁹ rei Militaris peritia Serenissime Reipublicę Venetę militum Tribunus, et Architectus fuit, ideoque ob gesta de eadem summo pere benemeritus est. ⁵⁰ Conuictoribus tandem meis omnem rerum bene gestarum honorem et gratiarum actionem plane deberi concedam, qui presentia, solertia, et sui amoris necessitudine, et morum nobilitate omnia compleuere neque interim silentio⁵¹ pretereundum est, ⁵² quicquid honoris, et exultationis militum Prefecti Vrbes Cohors contulerit, quę Collegio nostro in Burgo Vignalium existenti, sponte accessa, ac ut est de more Militum ordinatim disposita suorum scloporum displosione nobis omnibus⁵³ hoc obsequij genere gratulata est; quod tamen Eccellentissimorum Moderatorum Decreto, ne inposterum Laureandi munerum impensis grauarentur, interdictum postea fuit; recordari preterea ⁵⁴ non me pigeat cęterarum gratulationum quas plerique ex Doctoribus Collegi erga {me et}ⁱ nostram Societatem absoluere dignati sunt hono-

⁴⁰ La «e» corretta da «i».

⁴¹ Nel margine sin.: «Poematum collecciones Nobili Nicolao dicatę».

⁴² Segue «a», cancellata.

⁴³ Nel margine sin.: «Exultatio Populi describitur et conuiuio asistentes».

⁴⁴ Precede una lettera cancellata (forse «f»).

⁴⁵ Corretto da «Gio.».

⁴⁶ Segue «Locis», cancellato.

⁴⁷ La «e» corretta da «i» (o viceversa).

⁴⁸ Cancellata una «c» prima di «h».

⁴⁹ Segue «per», cancellato.

⁵⁰ Nel margine ds.: «Comendantur Conuictores».

⁵¹ La prima «i» corretta da «e».

⁵² Nel margine ds.: «Prefecti militum Cohors».

⁵³ Segue «ob», cancellato.

⁵⁴ Nel margine ds.: «Gratulationes».

rificum hoc præsertim offitij⁵⁵ genus per⁵⁶ Nuntios præstitere *Excellentissimus Dominus Prosper Gozzi Nobilis Venetus*, rerum largitate, et morum {excellentia}⁵⁷, adeo Clarus ut ob pompas a Fori Consortio (quod dicitur broglio) a Senatu fuerit proscriptus, et *Pallatium* {Padue}ⁱ Comitis Borsi, ideo conducere ei opus sit: *Excellentissima*⁵⁸ et ⁵⁹ *Reuerendissima Portia Obicia Sancte Marie matris Domini Monialis Famiglie* titulis undequaque *Nobilissima*, Literis humanioribus, Philosophia, Mathematica || [p. 478] supra sexum sapientissima. *Dominus Daniel et Hieronimus Fratres de Doctoribus*, et *Dominus Daniel Sala*⁶⁰ Patrię tunc Temporis Præsides ac præcipue ex ⁶¹ promotoribus meis *Dominus Georgius a Turre* qui post collatam⁶² *Lauream* sympathia motus me in *Alumnum* acciuit, ut me non tam in Praxi medica erudiret, quam ad maiora me ipsum promoueret. Hoc itidem fecisse *Dominus* ⁶³ *Raymundum Ioannem Fortem* notatum dignum, qui cum sit in prima Sede practice Medicine Lector, et Cezareę Maestatis Leopoldi *primi* Imperatoris Archiater, Vir maestate personę, et grauitate dicendi eximius, (a quo consilia de *Morbis Mulierum* ac de *Febribus* antequam typis mandarentur, depromere michi {licuerit}⁶⁴), summum honoris attulit et hæc omnia hic' exaranda, et memorię eterne demandanda existimaui ut me hijs omnibus neque inuisum neque ingratum et tam *Nobilium Sociorum* meorum non indignum socium, uel *Colegam* fuisse semper⁶⁵ conspiciatur. {hoc}⁶⁶ sane mirandum! quod quamdiu *Padue* immoremur, neque posterius quidquam quod ne umbra quidem, condiscipulorum amicitiam aut Sociorum familiaritatem, uel conuictorum nescisitudinem euertere, siue turbare unquam posse contigerit.

⁶⁷ In Cętu enim {prius}ⁱ *Sancti Hieronymi de Fiesulis*⁶⁸ in Burgo Arzeris⁶⁹, a Fratribus illius Congregationis, et præcipue a *Patre Anacleto Spoluerino Vicario Nobili Veronensi* summe' dilecti, et ab illo Burgo summe || [p. 479] ⁷⁰ existimati, commorabamur in Collegio deinde *Burgi Vignalium*, incolę cuius adeo' nos omnes amore prosequabantur, ut discessum nostrum collacrimarentur; eo quia *satelitem* ne quidem *staturem*, aut *furciferum* quempiam eis transeuntem uidere nunquam contigerit, nec ipsi priuilegis ac immunitatibus nostris⁷¹ perfrui amplius, ideo potuerint.

Hijs omnibus syncere prænaratis *Patauinę Vrbis conditorem*, loci magnificentias templa sili-cet *Pallatia*, *Viridaria Plateas* uetusta menia et *Vias* quibus constat, nec non preclarissimos ueteres *Viros*, quos genuit summatim subiungere deceat.

⁷² *Padua Venetorum Vrbs* a *Padi* uicinitate dicta, quę et *Patauium Patauion*, dicitur, quasi *Padaium*: uel a "pote petesdę" idest, à uolando, quòd captato augurio dicatur *conditum*. uel à "petendo", quòd telo auem *Antenor* petijsse dicatur, eoque⁷³ in loco *Vrbem* condidisse. primo' *Antenorea* dicta est: unde *Antenoridę*; postea *Patauini*, et *Paduani*.

Vastitatem Vrbis cęteris paribus *Serenissimi Domini Veneti* ampliorem menia fortibus propugnaculis, et aggeribus circumuallant⁷⁴: septem ostijs *Marmoreis* simulacro *Diui Marci* insi-

⁵⁵ Corretto da altra forma.

⁵⁶ Segue parola cancellata.

⁵⁷ Nell'interlinea, in sostituzione di «uenustate», cancellato.

⁵⁸ Segue «D^{na}», cancellato.

⁵⁹ Nel margine ds.: «Porcię Obbicię monialis».

⁶⁰ Segue «Vrbis», cancellato.

⁶¹ Nel margine sin.: «Georgius a Turre».

⁶² Segue «Lau», cancellato.

⁶³ Nel margine sin.: «Raimondus Ioannis Fortis».

⁶⁴ Nell'interlinea, in sostituzione di «petere fuit», cancellati.

⁶⁵ Corretto da altra parola.

⁶⁶ Nell'interlinea, in sostituzione di «quod», cancellato.

⁶⁷ Nel margine sin.: «Habitacio in Burgo Arzeris».

⁶⁸ Segue parola cancellata.

⁶⁹ Segue «commorabamur», cancellato; nell'interlinea «prius», cancellato.

⁷⁰ Nel margine ds.: «In Burgo Vignalium».

⁷¹ Corretto da «nostris».

⁷² Nel margine ds.: «Descriptio Padue».

⁷³ «que» nel margine ds., in sostituzione di «ue», cancellato.

⁷⁴ La prima «u» aggiunta nell'interlinea.

gnitis gaudet, quę hercijs munita peruersatiles Pontes Hominibus uias admittunt: quelibet uia⁷⁵ speciosis ornata edibus, triplici uia, media' intacta' quadrigarijs; Equis uel Bestijs; lateralibus tectis⁷⁶ Hominibus peruia est. || [p. 480]

Inter singularius obseruanda prestant 1. Ciuitatula uetus. 2° Ciuitatula recens loricated Militibus reseruata. 3° Castellum uetus. 4° Castellum nouum. 5° Pretorium Palatium⁷⁷, uel Aula in qua a magistratibus iura redduntur⁷⁸. 6° Pratum Vallis. ⁷⁹ 7° Sepulcrum marmoreum, siue' Vrba Vrbs Conditoris hys Carminibus Lupati Poete Patauini indicata.

Inclutus Antenor Patriam uox nisa quietem
Transtulit huc' Henetum Dardanidumque fugas.
Expulit Euganeos, Patauina condidit Urbem,
Quem tenet hic' humili marmore cesa domus

8° Mēnia Vrbs uetusta Antenoris. 9° Palatium Episcopale. 10° Seminarium Prebyterorum. 11° Amphiteatrum, Arenam dictum. 12° Palatium Prefectus, Corte dicta del Capitano; 13° Hortus Simplitium, siue Viridarium Florum, et herbarum, Artium et Medicinę Studiosis dicatum, cui prope' inherent Domus speciose Viridarij⁸⁰ Curatori, et Lectori ad ostensionem Herbarum, et plantarum uirentium dicatę. 14° Archigymnasium⁸¹ Scholarum, uniuersarum Nationum, publice utilitati erectum; || [p. 481] Rectorum, Prorektorum, Syndicorum et Consiliariorum, tum simulacris, tum Effigibus, inscriptionibus, uel stematibus refertum, elegantia, inspicentium Occulis amenissimum. 15° Statua equestris enea Gatte Melate ob militare Imperium optime gestum dicata, e cuius lateris sinistri lumbis binos puerulos strangulatos pendere' obseruatur, eosque fuisse' Filios eiusdem qui ab Astrologis capto augurio,⁸² Principi fore rebelles, ideoque eosdem {illico}' sibi lateri arcte' cingulo substrinxisse⁸³ et spectaculo Militum per totum exercitum eosdem dicitur detulisse, et potius Familiam, cum⁸⁴ eis extinguere maluisse, quam eos pati cum turpitudine uiuere. 16° Puteus Petri Aponensis, de quo dicitur de una Domino, ubi erat, foras⁸⁵ magice' traslatum fuisse, ut controuersias inter uicinos supra⁸⁶ potiora illius iura emersas dirimeret.

Ex Plateis extant precipue primo Platea dicta della Signoria, ò delli Signori, pre alijs insignibus horologio horas, phases, et transitus Lune per signa Zodiaci ornata; signo tamen libre carere eiusque locum, et gradus Scorpionem longiori cauda occupare, occulto artificis, mysterio, connotatur. 2° Platea Vini. 3° Platea Fructuum, et herbarum. 4° Lignorum. 5° Paleę, siue della Paglia. 6° platea dicta del mercato delli Cerchij. || [p. 482]

Ex Pontibus fluminum Breteę, et Bachilionis Urbem peruadentium. primo Pons ligneum Ciuitatule, ciouè della Cittadella. 2° Pons Sancti Augustini. 3° Pons Sancti Ioannis. 4° Pons Ditatit, ciouè dità 5° Pons Sancti Benedicti. 6° Pons Sancti Leonardi. 7° Pons Molinorum, ciouè Ponte molino. 8° Pons Altinas, ciouè Altina. 9° Pons Laene, ciouè della Becaria. 10° Pons Sancti Laurentij. 11° Pons Eremitarum, ciouè delli Eremitani. 12° Pons Sancti Danielis. 13° Pons Sancti Tomeę, ciouè, di Santo Tomio. 14° Pons Prati, ciouè del Prà. 15° Pons Turricellarum,⁸⁷ ciouè delle Tureselle. 16° Pons Sancte Marię⁸⁸ in Vantio 17° Pons Businelli. 18° Pons

⁷⁵ Segue «multis», cancellato.

⁷⁶ Corretto da «tectas».

⁷⁷ Corretto forse da «Palatium Pre».

⁷⁸ La prima «u» corretta da altro segno.

⁷⁹ Nel margine sin.: «Conditoris Sepulcrum».

⁸⁰ Segue «siue», cancellato.

⁸¹ Segue «Scol», cancellato.

⁸² Segue «eos», cancellato.

⁸³ Corretto da «substrinxerit».

⁸⁴ Segue «eij», cancellato.

⁸⁵ Segue «tra», cancellato.

⁸⁶ Cancellata una «e» prima di «r».

⁸⁷ Segue un segno cancellato.

⁸⁸ Segue «Inuanti», cancellato.

Madij ciouè, del Maggio 19° *Pons* Corui ciouè Ponte Coruo, 20° *Pons* dicto Piochioso, 21° *Pons Sancte* Sophiè. 22° *Pons* Carminum. 23° *Pons* Boettè ciouè della Boeta. 24° delitiè Famigliè Cararensis siue Papafaue.

Vt autem indicentur loca pia Xenodochia, Parèciè Scholarum⁸⁹ Confraternitates, Societates, Fratrum et Monialium Cēnobìa;⁹⁰ quelibet ideo Urbis⁹¹ Ecclesiè connotantur.

Signum ✕ indicat Parècias. ⊙ Ecclesias Fratrum. ⊕ Monialium ✱ Xenodochia ⊛. Confraternitates

1 Ecclesia *Sancti* Thome Aquinatis. 2. Ecclesia *Sanctę* Lucie ✕. 3. *Sancti* Zilij ✕. 4. *Sanctę* Agnetis ✕. 5. *Sancti* Clementis ✕. 6. *Sancti* Martini ✕. 7. *Sancti* Firmi ✕. 8. *Sanctę* Appolonię ✕. 9. *Sancti*. Nicolai ✕. 10: Catedralis ✕. 11. *Sancti* Canciani ✕. 12. *Sancti* Ioannis Baptistę ✕. ⊛. 13. *Sanctę* Sophię ✕ ⊕ 14. *Sancti* Laurentij ✕. 15. *Sancti* Georgij ✕. ⊕ 16. *Sancti* Danielis ✕. 17. *Sancti* Thome ✕. 18. *Sancti* Iacobi ✕. 19. *Sancti* Leonardi ✕. || [p. 483] 20. *Sanctę* Marię Anconitane ✕ 21. *Sancti* Maximi ✕. 22. Omnium Sanctorum ✕ ⊕ 23. *Sancti* Bartholomej ✕ ⊕ 24. *Sancti* Michaleis⁹² ✕ ⊙ 25. *Sanctę* Crucis ✕. 26. *Sancti* Mathej ✕ ⊕ 27. *Sancti* Lucej ✕. 28. *Sanctę* Agatę ⊕ 29. *Sanctę* Annę ⊕ 30. *Sancti* Marci ⊕. 31. *Sancti* Petri ⊕ ✕ 32. *Sancti* Bernardini ⊕ 33. Heremicularum *Sancti* Bonauenturę ⊕ 34. *Sancti* Matias ⊕. 35. *Sancti* Blasij ⊕ 36. *Sancti* Stephani ⊕. 37. *Sanctę* Clarej ⊕ 38. *Beati* Pellegrini ⊕ 39. *Sanctę* Marię matris Domini ⊕ 40. *Sancti* Benedicti ⊕ 41. *Sancti* Prosdocimi ⊕ 42. *Beatę* Hellenej ⊕ 43. Betleem ⊕ 45. Misericordię ⊕ 46. *Sanctę* Marię Seruorum ⊙. 47. *Sancti* Pauli ⊙ 48. *Sancti* Urbani ⊙. 49. *Sancti* Antonij de Padua ⊙ 50. *Sancti* Francisci ⊙. 51. *Sancti* Ioannis de Verdara ⊙ 52. Heremitarum ⊙ 53. *Sancti* ⁹³Hieronimi ⊙ 54 Carminum ⊙ 55. Demisarum ⊕ 56. Angelorum ⊙ 57. Crucigerorum ⊙ 58. *Sancti* Antonini de Vienna ⊙ ⊛. 59. *Sancti* Benedicti ⊙ 60. *Sancti* Augustini ⊙ 61. *Sancti* Spiritus ⊙ 62. *Sanctę* Marie de Vanzio Canonici ⊙ {nunc suppressi et eorum loco seminarium inest}ⁱ 63. *Sanctę* Iustine ⊙ 64. *Sanctę* Marie Gratiarum ⊙ 65. *Sanctę* Marie Magdalenej ⊙ 66. Capucinarum ⊙ 67. Patrum Societatis Iesu. 68. SSanctorum Simonis et Iudę Pręsbyteri Theatini. 69. Loci pij dicto il socorso ✱ 70. *Sanctę* Malgarite Capella et Abacia. 71. *Sanctę* Marie dicta de Colombini ⊛ 72. *Sancti* Ioannis dicti a Morte ⊛ 73. *Sancti* Iob ⊛. 74. *Sancti* Rocchi. ⊛. 75. Spiritus Sancti ⊛. 76. *Sanctę* Barbare ⊛. Libratorum ciouè de Bombardieri 77. Domus Dei Capella ✱ Puerorum. 78. Citellarum Virginum ✱. 79. *Sancti* Nicolę. ⊛. || [p. 484] 80. Annunciatę ⊛. 81. *Sancti* Antonij dicti della Nogara ⊛ 82. SSanctorum Iacobi, et Cristofori ⊛ 83. *Sancti* Ioannis dicti delle Naui Capella. 84. *Sancti* Petri Martiris: ⊛ 85. Orphanorum ✱. 86. *Sanctę* Marie dicte del Turesin ⊛. 87. Iesus' ⊛ et ✱ Itinerantium, et Aduenarum. 88. *Sancti* Danielis ⊛. 89. Caritatis ⊛. 90. *Sancti* Ioseph ⊛. 91. *Sancti* Francisci ✱. pro Infirmis. 92. SSanctorum⁹⁴ Philippi et Iacobi ✱ pro Itinerantibus. 93. *Sancti* Andreę ✕. 94. *Sanctę* Catherinę ✕ ⊕. 95. *Sancti* Caruli ⊙ Fratres Reformati.

⁹⁵ Ex quibus maxime pręstant Eclesia *Sancti* Antonij de Padua et *Sanctę* Iustine, illa ob⁹⁶ Corpus diui Antonij, ab Vrbe, et Orbe uenerata in ea quies<c>it Corpus eiusdem *Sancti* in Arca marmorea super Altare positum⁹⁷, in medio Capelle pluribus Miraculis⁹⁸ in candidis marmoribus a pericioribus⁹⁹ Seculi Artificibus ad¹⁰⁰ uiuum in simulacra insculptis in eadem quatuor

⁸⁹ Corretto da «Scholę».

⁹⁰ Seguono alcune parole cancellate.

⁹¹ Segue «Ecl», cancellato.

⁹² Corretto da «Michileis»; *scil.* «Michaelis».

⁹³ Segue «Iero», cancellato.

⁹⁴ Segue «F», cancellato.

⁹⁵ Nel margine sin.: «Templa Diui Antonij et Diue Iustine».

⁹⁶ Cancellata «h» precedente.

⁹⁷ Corretto da «posita».

⁹⁸ Seguono due parole cancellate.

⁹⁹ *Scil.* «peritioribus».

¹⁰⁰ Segue «uiuum», cancellato.

Organa, et plura simulacra siue deposita plurium *literatorum*, et uirorum *Armis prestantium*, et precipue¹⁰¹, quod Elleneꝝ Cornelieꝝ Piscopieꝝ humanioribus Literis, et Legibus Anno 1667 concitis uotis a Colegio Laureateꝝ queꝝ Anno¹⁰² obijt, erectum fuit, plane mirandum est: prope sacello diui Antonij nuper a fundamentis erectum *Sacrarium fornicatum* {decernitur}¹⁰³ *The-sauro Sacrarum Reliquiarum*, et precipue Sacreꝝ Lingue || [p. 485] eiusdem Sancti *Sacratum*, queꝝ in Pyxide Crystalina auro, et gemmis ornata; rubicondi Coloris pene uiuentis adhuc¹⁰⁴ conspicitur. *Templum* tribus nauibus fornicatis constat eiusdem *Chorus*¹⁰⁵ continet preter quatuor predicta *Organa*, *musicorum Odea totum Corum circumdantia*, et infra subsellia psallentium, quibus icones *historiarum Sacreꝝ Scriptureꝝ* eneꝝ metalli comissi inherēt maxime⁷ obseruandi: a retro, et unde quaque *Chori* pro penitentiarijs dicatum *antrum* siue locus concameratus inest, audiendis confesionibus accomodatum

Templum uero *Sanctę Iustine* omnibus alijs, quot quot sint in Vrbe, magnificentia structure, et amplitudine facile prestat,¹⁰⁶ tribus nauibus fornicatis a manu artificum speciose ornatis eminet, cuius stratum lapidibus uarij coloris constructum, oculis inspicientium, hoc unum solum, est mirandum. *Chorus* eiusdem subsellijs ligneis *historias Sacras Biblię* presertim, *immagines*, et omnia commissis lignis pre se¹⁰⁷ ferentibus gaudet, neque suplicendum¹⁰⁸ quod audientium sensuui, uel auribus satisfacit: ¹⁰⁹ hoc est *Organum*, quod adeo *Arte* est *fabrefactum*, ut siue sono, siue strepitu uel uocibus, *Tubas Timpana bucinas armonaicas, fistulas tibias lyras, tum alaudas galericas*¹¹⁰ *Ortyces, et philomenas etc* clare⁷ non minus, quam delicate et harmonice resonet. || [p. 486] alia notabiliora huius templi occulariter inspicienda curiosioribus relinquuntur.

Ex molendinis, et alijs edificijs {etc.}ⁱ connotantur 1. *Molendina* et edificium prope *Iesuitas* 2. *Molendina* et edificium *Pontis Corui* 3. *Molendina*, et edificium. *Prati*. 4. *Molendina*, et edificium *Madij* 5. *Molendina*, et edificium *Turricellarum*. 6. *Molendina* *pontis dicto piochioso* 7. *Molendina*, et edificium *pontis Molini* 8. *Molendina* *portarum contarenarum* 9. *Portę Contareneꝝ* 10. *Locus* in quo *Libratores, ciouè di Bombardieri, se exercent* 11. *Domus Titi Liuij* 12. *Locus Hebreijs destinatus*. 13. et *Labyrinthus dictus del Mantua*.

Alia quoque notabiliora, relinquuntur curiosioribus occulariter obseruanda;¹¹¹ uerumtamen digressioni¹¹² quamuis¹¹³ prolixę *Miraculum*, quod *Diuis Antonius de Padua*, michi in illa Vrbe comoranti elargiri dignatus est, animi grati argumento subiungatur

¹¹⁴ De more mei ipsius, et *dominorum meorum Conuictorum* erat post auditas publicas *Archigymnasij Lectiones, Sacram missam, etiam audire, hancque fere in templo, et ante Altare Diui Antonij de Padua,*¹¹⁵ *Coronam precatariam triginta trium paruorum globulorum, et quinque maiorum querenti, eidem Sancto recitandam, eamdem adeo⁷ implicatam reperiri mihi*¹¹⁶ contigit, ut eo || [p. 487] *omni tempore, quo Sacrum absoluebatur, eam neque a me, neque a Socijs explicari potis fuerit⁷ immo magis magisque semper tum irretiri uel potius illaqueari eam con-*

¹⁰¹ Segue «mirandorum», cancellato.

¹⁰² Spazio bianco nel ms.

¹⁰³ Nell'interlinea, in sostituzione di altra parola cancellata.

¹⁰⁴ «ad» corretto da altra forma.

¹⁰⁵ «h» aggiunta nell'interlinea.

¹⁰⁶ Segue «quibus», cancellato.

¹⁰⁷ Scil. «pre se».

¹⁰⁸ Scil. «subticendum».

¹⁰⁹ Nel margine ds.: «Organum Mirandum».

¹¹⁰ Segue una parola cancellata.

¹¹¹ Segue una parola cancellata.

¹¹² Corretto da altra parola.

¹¹³ Segue «prolixę», cancellato.

¹¹⁴ Nel margine sin.: «Miraculum curiosum».

¹¹⁵ Segue «et», cancellato.

¹¹⁶ Corretto da «michi».

tigerit; qua propter Sacro peracto, pia' quadam impatientia motus uersus Altare, in hec uerba prorupi: «a Sancto explicetur Corona, et tamquam ab altero Alexandro hic Gordianus nodus dissoluatur», cum de eo expediendo amplius sollicitus esse nolim¹¹⁷ eadem itaque precatoria Corona perę consignata ab audiendis Sacris ea amplius non utentes non destitimus; quando, pluribus transactis diebus, de pera¹¹⁸ femoralium meorum sudario contingenter tracto, secum, etiam contingenter Coronam ipsam precatoriam retrahi, et omnino explicatam super solum diuersorij habitationis nostre, in cętu' Sancti Ieronymi nobis inopinanter uidere contigit. Quod ego et Conuictores summopere mirantes, cercioresque a me facti illam Coronam me amplius tetigisse unanimiter concludimus¹¹⁹ nodum illius precatorie Coronę a Sancto dissolutum fuisse, ut eidem eedem¹²⁰ preces usu eiusdem continuentur, et Dęmon a quo implicatam fuisse credibile est, confundatur. || [p. 488] hec eadem ipsa Corona fuit mihi¹²¹ a¹²² Hierosolimis delata, et dono data et apud me ipsum¹²³ adhuc conseruatur, constat ex ligno hortus oliuarum, in quo Christus Eternum Patrem orans Sanguinem¹²⁴ insudauit: eidem Coronę etiam nucleus oliuę ipsius horti insertus annectitur; utrinque ideo' a me tamquam Sacra Reliquia conseruandum.

